

Responsorium.

Illumináre, illumináre,
Jerúsalem, quia vénit lux tua:
et glória Dómini super te orta
est, Jesus Christus ex María
Vírgine.

V. Et ambulábunt Gentes in
lúmine tuo : et reges in
splendóre ortus tui.

R. Et glória Dómini super te
orta est.

Oratio

Oremus. Béne+dic, Dómine,
Deus omnípotens, locum
istum (**vel domum istam**) : ut
sit in eo (**ea**) sánitas, cástitas,
victóriae virtus, humíltas,
bónitas et mansuetúdo,
plenitúdo legis et gratiárum
áctio Deo Patri, et Fílio, et
Spíritui Sancto ; et haec
benedictio máneat super hunc
locum (**vel hanc domum**), et
super habitántes in eo (**ea**). Per
Christum Dóminum nostrum.
R. Amen.

Responsorio. Ilumínate,
ilumínate, oh Jerusalén, pues
llega el que es tu luz y la gloria
del Señor ha aparecido sobre ti:
Jesucristo, nacido de la Virgen
María.

V. Caminarán las naciones bajo
tu luz y los reyes en el esplendor
de tu amanecer.

R. La gloria del Señor ha
aparecido sobre ti.

Oración

Oremos. Ben+dice, oh Señor,
Dios todopoderoso, este lugar (o
esta casa) : para que haya en él
(ella) salud, castidad, la fuerza de
la victoria, humildad, bondad y
mansedumbre, la plenitud de la
ley y acción de gracias a Dios
Padre, a Dios Hijo y a Dios
Espíritu Santo; y que esta
bendición permanezca sobre este
lugar (o esta casa) y sobre sus
moradores. Por Cristo nuestro
Señor. **R.** Amén.

Luego el sacerdote escribe la primera letra de los nombres de los tres reyes sobre la puerta principal, notando el siglo y el año en cada lado

20 + C + M + B + 18

Ceremonia de la bendición de casa



Durante el tiempo de Epifanía

In ingressu

V. Pax huic dómui.

R. Et omnibus habitántibus in ea.

Antiphona. Ab Oriénte venérunt Magi in Béthlehem, adoráre Dóminum: et, apertis thesáuris suis, pretiósa múnera obtulérunt, auri Regi magno, thus Deo vero, myrrha sepultúrae ejus. Alleluja.

Canticum Beatae Mariae Virginis

Magnificat * anima mea Dominum ;
Et exsultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillae suae: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen ejus,
et misericordia ejus a progenie in progenies * timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo, * dispersit superbos mente cordis sui,
deposuit potentes de sede, * et exaltavit humiles,
esurientes implevit bonis, * et divites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum, * recordatus misericordiae suae,

A la entrada

V. Paz a esta casa.

R. Y a todos los que en ella habitan.

Antífona. Del Oriente han venido los Magos a Belén para adorar al Señor; y, abriendo sus tesoros, le han ofrecido preciosos dones: el oro del Gran Rey, el incienso de dios verdadero y la mirra para su sepultura, aleluja.

Cántico de la Santísima Virgen

Proclama mi alma la grandeza del Señor, * se alegra mi espíritu en Dios, mi Salvador.
Porque ha mirado la humillación de su esclava: * por eso desde ahora me felicitarán todas las generaciones.
Porque el Poderoso ha hecho obras grandes por mí: * y su nombre es santo.
Su misericordia llega a sus fieles * de generación en generación.
Él hace proezas con su brazo: * dispersa a los soberbios de corazón,
Derriba del trono a los poderosos * y enaltece a los humildes.
A los hambrientos los colma de bienes * y a los ricos los despide vacíos.
Auxilia a Israel, su siervo, * acordándose de su misericordia.

sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham et semini ejus in saecula.
Gloria Patri, et Filio, * et Spíritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Interea aspergitur et incensatur domus, et in fine repetitur Antiphona : Ab Oriénte venérunt, etc.

Pater noster **secreto usque ad**
V. Et ne nos indúcas in tentatióem.
R. Sed líbera nos a malo.
V. Omnes de Saba vénient.
R. Aurum et thus deferéntes.
V. Dómine, exáudi oratióem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.
V. Dóminus vobiscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Oratio

Orémus. Deus qui hodiérna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti concéde propítius ut qui iam Te ex fide cognóvimus usque ad contemplándam spéciem tuae celsitúdinis perducámur. Per eúdem Dóminum nostrum Jesum Christum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritu Sancti Deus per ómnia saecula saeculórum. R. Amen.

Como lo había prometido a nuestros padres, * en favor de Abrahán y su descendencia para siempre.
Gloria al Padre y al Hijo * y al Espíritu Santo.
Como era en el principio y ahora y siempre * y por los siglos de los siglos. Amén.

Durante el canto del Magnificat, el sacerdote asperje e incienso la casa. Al final, se repite la antífona Ab Oriénte venérunt, etc.

Padre nuestro **en secreto hasta**
V. Y no nos dejes caer en tentación.
R. Mas líbranos del mal.
V. Todos acudirán desde Saba.
R. Trayendo oro e incienso.
V. Señor, escucha mi oración.
R. Y hasta Ti llegue nuestro clamor.
V. El Señor sea con vosotros.
R. Y con tu espíritu.

Oración

Oremos. Oh Dios, que en el día de hoy revelaste a las naciones a tu Unigénito por la estrella conductora, concédenos propicio que ya, que te hemos conocido por la fe, seamos llevados a la contemplación de la belleza de tu excelsitud. Por el mismo Señor nuestro Jesucristo, que contigo vive y reina en unidad con el Espíritu Santo, Dios, por los siglos de los siglos. R. Amen.